Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

speciebus attramenti.

40

flebotomia ex brachio et fronte et ventris solutione vti debet et in co-
mestione vitare dactilos et fisamos de melle et vitet ebrietatem
et qui non est plenus sepe ingredi balneum est ei vtile et frequenter
immittere oculo collirium rubeum confert ¶ Collirium rubeum. Rp. emathitis
loti et combusti an. ʒ. iii. eris vsti ʒ. ii. mirre, roris ambo-
rum an. ʒ. i. piperis longi ʒ. s. confringantur ex vino veteri et fiant
ex eis collirium. Alius preterea consuetudinibus confert collirium viride cuius descripcio
in capitulo de vngula continetur. Quod si passiones iste vetuste fiant
scabies fricacione indigebit et sebel collectione non tamen in fine huius
libri cognicio et de hiis tractatum. ¶ De lacrimalibus cum pruritu.

Medinum teneram firmetur et conterat et exeat fiant magdaliones
primi et ex oleo violato inungantur et oculis supponantur et in hora
dormiendi ligentur rosatum tamen melius est et tutius confert. Et si hoc
non sufficit lentes absque corticibus et simach et rose rubee et granata
carnositas similiter et cocta ex citrineo confringantur et more emplastri
supponantur. Quod si non sufficit ex cephalica primus flomentur deinde
ex vena frontis et ex venis que sunt in angulis lacrimabilibus. Ventrem
quoque frequenter soluat et balneum multociens ingrediatur.

Cum aliquid panniculo simile ex angulo ¶ De vngula
qui est apud naris oriri videtur et album oculi cooperire et pre-
ueniat vsque ad nigredinem generatur passio que vngula dicitur cuius nocu-
mentum tunc solum est peius cum peruenit ad nigredinis partem que est in pupillam. Hec vero passio dum subtilis est cum collirio viride et cum
collirio de calcantho est medicanda. Si autem vetusta fiat et grossa cum
ferro est expolienda ¶ Collirium viride quod confert sebel scabiei et
vngule et albedini. Rp. Zinciar ʒ. iii. calcantur vsti ʒ. vi.
arsenici rubei, baurach, spume maris omnium an. ʒ. i. salis armoniaci
ʒ. ii. armoniacum in succo rute dissoluatur et species ex eo confringantur et
fiant ex eis collirium est enim mirabile collirium de calcantho quod confert
vngule. Rp. eris vsti, calcanti ambarum an. ʒ. v. Zinciar ʒ. ii.
sal armoniaci, baurach, arsenici sublimati omnium an. ʒ. i. terantur
et per ebdomadam vna dimittantur deinde fiant ex eis collirium et fricetur
vngula cum eis. ¶ De macula rubea vel alia re facta vel de percussione

Cum in oculo ex percussione aut ex re alia punctum rubeum fieri
contingit sanguis qui ibi est dissoluendus est postquam estimato

Zinciar
rubee

40